In vico Leprignano, reperta esse dicitur loco tribus milibus inde distante dicto Civitucola, ubi videtur fuisse Capena (XI 3936 inscriptionem frontis viderunt de Rossi et Bormann). — 1) *Idem memoratur XI 3990.* — 2) *Titulos ad idem municipium pertinentes dedimus supra N. 409. 3352. 5770.* — 3) *A. 162.*

6589 M. Silio Epaphrodito patrono sevirum Aug., magistro iuvenu[*m*] iterum, iuvenes Lucoferonenses[1] patrono ob merita, quod amphithe[*a*]tru[*m*] col. Iul. Felici Lucofer. s. p. f. dedicavitque. L. d. d. d. H. c. i. r.[2]

Traditur sine loci indicatione (XI 3938 semel descripta ante saec. XII, quod apographum servavit codex olim abbatiae Farfensis iam Vat. 6808 cf. de Rossi inscr. chr. II p. 43). — 1) *De luco Feroniae agri Capenatis et de oppido Luco Feroniae quod memorant titulus urbanus supra N. 2049, Plin. h. n. 3, 51, Ptol. 3, 1, 43, cf. Bormann C. I. L. XI p. 570, qui refutavit coniecturam de Rossii (ann. inst. arch. 1883 p. 273 seq.), Capenam cum Luco Feroniae et tertia aliqua civitate ignota effecisse commune quoddam trium civitatium.* — 2) *Honore contentus impensam remisit.*

6590 d. m. | L. Sulpicius Severu[*s*] | et Sulpicia Iustina | fili L. Sulpicio Cleme|nti IIIIvir. i. d., IIIIvir. a. p.[1], | quaestori arcae r. p. | Nepesinor., mag. iuven., | seviro [*eq*]uitum[2], praeto|ri iuventutis, patri | optimo posuerunt.

Prope Ronciglione, quo videtur translata esse ex Nepete (XI 3215 viderunt Zangemeister et Bormann). — 1) *Quattuorviro aedilicia potestate.* — 2) *Supplevit Zangemeister. 'Nota institutum urbanum sevirorum equitum in hoc municipio ad iuvenes translatum' (Momms.).*

6591 M. Anteio | M. f. Pap. Resti|tuto pr. iuv.[1], | aedili, augur., | cur. p. p.[2], decur., | August. et pop. | aere conlato.

Sutrii (XI 3256 partem vidit Zangemeister). — 1) *Cf. N. 6590.* — 2) *Cf. N. 6592.*

6592 diis manibus | T. Valerio T. f. | Vel. Victori | decurioni Sutri, | IIvir. i. d. iterum, | quinquennali, | curatori pecuniae | publicae, pontifici, | Patulcia Exoche | coniunx | fecit.

Sutrii (XI 3261 vidit Smetius).

6593 d. m. | C. Coponi Cres|centis dec. | Tuscanensium, | quaest. r. p., veter. | Aug. leg. XIV Ge|min., signifer r. m.[1], | fecer. C. Gavius Priscus | fil., Scrib.[2] Restitutus her., | v. a. L.

Toscanellae, ubi fuit Tuscana (XI 2956 semel descr. saec. XV a Ioh. Tuscanella). — 1) *Scr.* b. m.? *(Borm.).* — 2) *Scribonius.*

6594 d. m. | M. Furio Restituto | IIIIvir. pro aedile, | quaestori Vulcen|tano, Furius Optatus | patri pientissimo f. c.

Octo chil. a Pitigliano, qui locus multo magis vicinus est ruderibus Suanae (C. I. L. XI p. 422) quam Volcentanis (Pellegrini Notizie degli scavi 1898 p. 57).

Titulos Volcentanos vel agri Volcentis (cf. C. I. L. XI p. 447) dedi supra N. 655. 3221. — *Vicinae civitatis Visentinae titulos dedi supra N. 3796. 3796[a]; Volsinienses N. 4036. 5013, Orvietanum N. 3078, regionis Orvietanae N. 4223.*

---

archive.org